



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quam fidem exigit Christus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

dicamus tanquam unum aliquem ex numero hominum fuisse, humanis passionibus subiectum, non aliter existimant vel doluisse, vel gauisum esse, nisi quia affectus istos quoties visum est, arcana quidam dispensatione in se recepit. Sensum ergo esse putat (Augustinus) quod Christus alioqui sedatus & ab omni passione immunis, fremitum & dolorem vltro accerserit. At qui meo iudicio potius consentanea erit scripturae haec simplicitas, si dicamus filium Dei, cum carnem nostram induit, sponte etiam humanos affectus simul induisse, vt nihil a fratribus, excepto tantum peccato, differret. Hoc modo nihil derogatur Christi gloria, cum voluntaria tantum dicitur fuisse submissio, qua factum est, vt in animae affectibus nobis similis esset. Caeterum postquam ab initio se submisit, non putandum est, ab illis vacuum fuisse, vel immunem, atque in eo fratrem se nostrum probauit, vt sciamus mediatorem nobis esse, qui in similitudinibus nostris facile ignoscat, & succurrere paratus sit, quas ipse in se expertus est. Fuisse tamen affectus in CHRISTO compositos ad Dei obsequium, & omni vitio caruisse.

Verl. 38. Christum ait tanquam athletam se ad certamen instruere: non mirum esse, si iterum fremat. Violentam enim mortis tyrannidem, ob oculos versatam, qua illi vincenda erat.

Miser hic luo more, vera falsis, & Augustini sententiam reiicit.

Primum falsum est in animae affectibus eum nobis prorsus similem fuisse. Nam etsi affectus similes habuit, vsum tamen eorum, dominiumque in sua libertate tenuit potestate. Nullus vel minimus passionum, nisi iudicio rationis suadente, & iubente voluntate in illo fuit impulsus, in nobis sua sponte, non expectato signo ducis profiliunt. Quemadmodum autem voluntaria fuit affectuum assumptio, ita etiam voluntarius fuit eorum vsus.

Secundo etsi recte possit intelligi, quod dicit, non fuisse ab affectibus vacuum, & immunem, non est tamen ita loquendum, quia male in hac causa intelligi solet, non enim immunem esse, indicat necessitatem aliquam, qua affectibus teneretur. Cum Christus eos & liberrime suscepit, & vsum actionemque in potestate haberit.

Tertio, Quod v. 38. Violentam mortis tyrannidem ei ob oculos versatam refert, quae illi vincenda fuerit, ideoque se velut athleta ad certamen instruat, longe petendum est. Non enim ob mortem suam fremuit, ad quam tanquam agnus ad occisionem ductus est, sed alias habuit fremitus sui causas. Falsum autem quod Bullingerus Domino astringit, ita eum turbatum fuisse, vt vocem ad tempus edere non potuerit. Vitiosus ac turbulentus ille nimium est affectus, qui adeo corpus intemperanter concutit, vt loquendi instrumenta vinciat, ac premat, qui facit, vt vox faucibus hæreat.

Eccae qualem nobis Christum illi exhibent, fremitu, & turbatione mutum, qui mutorum linguas soluit.

§. 2. Quis portio affectus ille fuerit, quem fremitus indicat, non satis certum est inter auctores. Est enim fremitus externum vocis signum, affectus interioris index. Psal. 2. Est minantium. Quare fremuerunt gentes, & 177 rageschu, quod est cum strepitu & tumultu congregari. Quidam Christum iratum fuisse praesentium incredulitati, at constat cum ceteri fletent ipsum quoque in lachrymas solutum, tenerior igitur affectus fuit, miserationis, & amoris, quia malis hominum quos liberare venerat illachrymatus est. Chryostomus & Leontius diuinitate affectum continuifese existimant. Non tamen affectum eo inuito erupisse, sed excitatum. Chryostomus. Επεδὴ δὲ τὸ δαι-

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

μα μέγα λῶ, καὶ ποσὸν αὐτὸν ὀλίγους ἐποίησε, καὶ ἐμὲ καὶ πολλοὶ πείθεσθαι, δι' αὐτὸ ἵνα μὴ τὸ αὐτὸν ποιεῖν, ὡς ἔστι τὸ πῶς ἔχουσιν, καὶ μὴ δὲν ἀποδιδόναι τὸ πῶς ἔχουσιν, πολλὰς δὲ ἀπὸ τῆς μὲν, τὴν ἐγὼ ἐπὶ συγκοινωνίαν, ἵνα μὴ τῶν ἡμεῶν δουλεύσῃ, καὶ δεικνύσῃ ὅτι ἐπὶ αὐτῶν τῆς φύσεως, ἔστι δὲ τῆς φύσεως τὰ πᾶσι, τὸ δὲ ἐνεσθῆναι τὸ τῶν δυνάμεων, τὸ ἐπὶ ἐπὶ τῶν σὺ γὰρ. Id est:

Postquam enim miraculum magnū erat, & tale, quale raro fecit, multique erant credituri per ipsum, ne si absque turba facere nihil ex magnitudine lucraretur, multos attrahit martyras, condescendens amplius, ne praedam perderet. Et ostendit humanam naturam, postea passioni imperauit, & infrenuit Spiritum, hoc est, motum cohibuit.

Voluit igitur reipsa se hominem, & mitem ostendere, vt qui dolore alieno etiam afficeretur. Atque ita testari, quo animo erga omnes sit, quando cum lugentibus quasi lachrymaturus venit ad sepulchrum.

QUESTIO II.

Cur locum sepulchri queris?

§. 1. Non ignorabat vbi sepultus esset, qui monumentum sat magnum, & speluncae simile vix etiam purus homo nescire potuit. Sed rogat, vt ostendat se ad sepulchrum non fuisse, vt a fororibus, & ludæis duceretur. Impii sunt, quia ex interrogacione ignoracionem colligunt. Refutat eos Greg. Epist. ad Bulgios. 42. De eo vero loco, in quo mulieribus de Lazaro dicit; Vbi posuistis eum? Ipsa specialiter sensimus, qua sensistis. Quia si negant scuisse Dominum vbi Lazarus fuerat sepultus, atque ideo requisisse. Procul dubio compellentur sateri, quia nesciuit Dominus in quibus locis, se Adam & Eua post culpam absconderant: cum in Paradiso dixerat: Adam vbi es? aut cum Cain corripuit dicens: vbi est Abel frater tuus? Qui si nesciebat, cur procius adiunxit: sanguis fratris tui de terra clamat ad me.

Rogare non est ignorantis.

Et Chryostomus ideo interrogare, vt dicant, Veni & vide, voce & facto testentur, Lazarum esse non alium, qui excitatus fuerit. Nihil igitur Agnoetis, vel priscis, vel nostri temporis subditi adferre potest. Nisi dicamus Deum in Paradiso rogantem, Adam vbi es? ignorasse, eius latebras, aut querentem ex Caino vbi est Abel frater tuus? nescisse occisum.

Porro duplex erat de Christo iudicium, quod v. 37. refertur, vbi quidam omitunt, Nati. Lapidem remoueri iubet, vt ipsi videant in spelunca iacentem, & exurgentem.

VERSUS 40.

Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?

QUESTIO I.

Quam fidem exigit Christus?

§. 1. Nonne dixi tibi, inquit, si credideris, videbis gloriam Dei. ἄξιον ἡμεῶν ὡς αὐτῶν ἡμεῶν, pene increpat, inquit Chryostomus, quasi oblitam. Non dixerat eidem verbis, sed eodem sensu, Dei gloriam appellat gloriam filii Dei. Vt supra docui.

Fides autem quam exigit hoc loco, nō est Marthae. Fides non de propria perseverantia & salute certitudo. Nece est fiduciam de ea in superioribus actam est, nec illa ad Lazari no-

